



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo
Motv**

Peucer, Kaspar

Vitebergae, 1576

VD16 P 1990

Quarta Regula.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56559)

54. scrup. cum toto Geminorum signo, 32. grad.
12. scrup. ascendunt.

πόρισμα.

Hinc πόρισμα sequitur, in sphaera recta quatuor tantum signa rectè, quorum duo utrinque punctis duobus solstitialibus contigua sunt, geminos scilicet, Cancrum, Sagittarium, Capricornum: Reliqua octo oblique oriri.

Quarta Regula.

PARTES Eclipticæ æquales, æqualiter ab aliquo punctorum Cardinalium distantes, ascensionibus conueniunt. Nam & ab æquatore, vel versus alterutrum polorum mundi, vel in oppositas partes paribus interuallis deflectunt, & vel supra Horizontem eductæ, vel inclinatæ ad occasum, æquales alternatim cum Horizonte angulos conformant, sic ascensio Arietis æquatur ascensionibus piscium. Vtriusque enim 27. grad. 14. scrup. est. Ascensio geminorum æquatur ascensionibus Cancræ, utriusque enim 32. grad. 12. scrup. Sed exempla tabulæ suppeditant. Ex hac regula duo πόρισματὰ colliguntur.


PRIMUM πόρισμα.

Signa opposita in sphaera recta habent ascensionibus æquales. Semper enim assumi potest tertium signum aliquod intermedium, quod cum utrolibet
extre

extremorum equaliter distat ab aliquo punctorum
Cardinalium. Ascensio Leonis equatur ascensioni
Tauri intermedij, qui cum aquario comparatus ab æ-
quinoctio verno, cum Leone à principio Cancræ æ-
quali distat spacio.

SECUNDVM ΠΟΡΙΣΜΑ.

Descensio signi in sphaera recta conuenit cum a-
scensione eiusdem. Quæ enim est habitudo parti-
um Eclipticæ ab ortu versus Meridianum, eadem est
earundem inclinatio à Meridiano ad cardinem occi-
duum. Cum igitur oppositi arcus, declinationes ab
æquatore versus oppositos polorum mundi cardines,
æquales sortiantur, & ad omnes Horizontis partes
secundum eosdem applicentur angulos, necesse est
eos eodem tempore occumbere, quo oriuntur, adeoq;
ascensione cognita descensionem etiam rectam inno-
tescere.



Regula